



nem dirigitur, & qui hoc amicitia sedus inere, sese mutuo ad virtutem, atque sanctitatem excitent. Quod quidem per amicitiam facilius est, cum ad id varias rationes suppeditet. Tertia est civilis amicitia, qualis inter concives, inter accolos, & ejusdem maneris socios, &c. intercedit. Hoc quoque genus amicitia per Christianam charitatem sanctificari potest, si foveatur consensus, & mutuis invicem officiis ea sibi presentent amici, quae Christiana charitas postulat.

IV.

Ex recta amicorum electione vitae nostrae felicitas pendet; liquet enim maximum vitae ejusdem bonum esse amicitiam; sed amicus fidelis, suavis, & cui ea omnia insint quae ad veram jungendam amicitiam requiruntur, rarus est, & ex illibus eligendus, quem qui invenit tandem, a Spiritu Sancto felix nuncupatur. Primum igitur offendendum est, quanti referat hanc rite electionem facere, quomodo faciendi sit, ubi hujus characteris amicus sit inquirendus, & qua ratione colendus: deinde cum ex hac electione plerumque aeterna felicitas pendat, offendendum est, quamnam causa ad id nos possit impellere, & quo consilio necessitudo sit inveniendi. Denique quo pacto ex hac amicitia, quae primum quidem moralis virtutis fines minime videtur excedere, fieri possit virtus vere Christiana; videlicet quomodo semper charitatis intuitu agendum sit, quaecumque amicis nostris praestemus officia; non autem ex sola animi propensione vel spe aliqua, vel alia quapiam mere humana ratione.

V.

Quaecumque ad amicitiam pertinent, atque efficiunt, ut mutuo hoc sedus jungamus, ad aliud ex tribus capitibus referuntur: primum est ingeniorum, atque naturalium studiorum conformitas, quod est amicitiae principium; alterum, mutua feceritularum cogitationum confidentia, quae ejusdem est veluti essentia: tertio reciproca, quae ultracitroque praestantur, officia, ubi ingruat occasio, quae amicitiae quaedam est consummatio. Offendendum igitur est, ubi jungatur necessitudo cum iis, quibus nulla virtus, nulla est conscientia, periculum adesse, ne triplici hac semita in improbitatis viam abeamus, & in nullam reditus spem intereamus. Hoc ipsum ostendit, P. Cheminai in eo sermone, ubi de amicorum electione verba facit.

VI.

Tria nos impellere possunt ad consuetudinem, & amicitiam cum illis inveniendam, qui in flagitiis versantur, & quos scelestam vitam ducere intelligimus. Primo. Propensio, aut voluptas, quam ibi perquirimus. Secundo. Necessitas quae nos omnino cogit; saepe enim accidit ut consanguineos, fratres, atque parentes evitare minime possimus, licet plerumque eorum vivendi ratio omnino dissentiat. Tertio. Charitas etiam crebro ad id nos impellit. In autem tria officia, quae hac necessitudo, & societas postulant. Primum si nostris studiis, aut voluptate a nobis quaerita rapimur ad amandum; personae hujusmodi evitandae sunt, quin cum illis sedus ullum ineamus; & hoc ipsum si forte intum fuerit, antequam illarum mores nobis fuerint explorati, statim est infringendum. Secundo si necessitas nos cogit, ut cum id genus hominibus verseremur, neque nobis integrum est ab illis recedere; tunc illos pati oportet, atque satis existimare si moribus, ac vivendi ratione, ab iis recedamus, atque omnem navem operam ut aliquid proficiamus ea patientia, cujus exercendae tribuunt occasionem. Si denique zelus & charitas nos ad sedus cum illis faciendum impellit, pro viribus aditendum est, ut eosdem meliores efficiamus, sensimque eos ab improbitate removeamus, quin nos eorum pravissima exempla pervertant. Auctor sermonum in omnia Ethica Christianae argumenta in Domin. tom. 1.

VII.

Prima Concionis pars, utilitas, quam ad aeternam salutem percipimus ex amicitia cum personis virtute & sanctimonia praeditis inita. Quamprimum illis evadimus familes; pericula ruendi in scelus effugimus; illorum exemplis excitati in virtute proficimus &c.

VIII.

Pars altera, pericula fera inevitabilia, quibus amicitia, atque ardua cum improbis necessitudo nos obijcit.

Primo, amicitia, quam cum viris bonis jungimus, tutissima ratio est Divinae amicitiae & acquirendae, & tuendae; non enim apertius desiderium nostrum testari possumus interveniendi Deo, quam eos sequendo, qui amici ejusdem sunt atque fideliter eidem famulantur: ita enim nos eosdem imi-

tari, eorumque consilia, & exempla imitari velle profitemur. Secundo, sedus cum impiis inire, idem est ac sese in manifestum obijcere discrimen amicitiae amicitiam Dei, qua nihil antiquius esse decet; etiam in posterum nunquam resarciendi: non enim apertius Deo bellum indicere possumus, quam in partes hostium ejusdem concedendo, & cum eisdem conjungendo; amicitia enim cum improbis facilia efficere non potest quominus in omnia scelera praecipites agat, atque in flagitiorum ceno detineat.

Ad Concionem de amicitia elaborandam hoc etiam assumi potest argumentum. Primum, ostende quanti referat eos diligenter eligere, cum quibus arcto amicitiae vinculo verberis. Secundo, quousque hoc vinculum adstringendum sit, ne Dei amicitia infringatur; & quoniam fiat vera amicorum officia.

Maximi profecto momenti haec electio censenda est, plerumque enim in eorum mores transimus, cum quibus consuescimus, atque peculiarem necessitudinem habemus: quae quidem veritas nulli non comperta est, atque explorata. Interest quoque in omnem vitam nostrae curriculum sedulo amicos eligere; nam si perperam electio fiat, illis scelera nostra probantibus, in flagitiis nostris convalescimus, senescimusque sub amicitiae specie; si enim vitae rationem immutare vellemus, optimorum quoque amicorum necessitudo esset infringenda. Demum salus nostra in aperitissimum discrimen adducitur &c.

Quod ad amicitiae pertinet officia, tria fere sunt: fidelitas, quae generosa, & constans esse debet, sed suis finibus circumscripta; necnon ad religionis atque conscientiae normam instituta: zelus, & charitas ut amicorum vitia redarguamus, eisque ad poenitentiam diligenter instituemus feramus opem: affabilitas quae ad adulationem atque turpi servitute abhorretur debet. Auctor serm. in omnia moralis Christianae argumenta. Haec autem partitio desumpta est ex Concone pro Feria tertia post tertiam Quadragesimae.

Institui quoque sermo potest de amicitia, quae cum impiis jungitur, atque in priori parte illa quidem ostendi bona, quibus nos exuit. Dei videlicet amicitia, specialis ejusdem protectione, particularibus gratiis; in posteriori vero, quae nobis confert mala in hac vita atque in altera.

Primo, amicitiae naturam explicantes, prohibere debemus ne quis decipiatur; secundo, ostendentes quae bona ex fanda amicitia hauriri possint, ad eam inquirendam debemus impellere: tertio, ejusdem proponentes officia ad eadem adimplenda excitare debemus.

Amicitiae munera ad haec duo potissima redigi possunt: primum ut amici tui rerum prosperitate letantis affectibus obstitas; alterum, ut amici adversa agitati fortuna egestatibus opem feras: ubi duo haec tanti momenti praesentis, non parum ejusdem saluti fecias te profuturum.

De amicitiae usu, I. Cum amicis conversandum est quin illorum familiaritate abutamur, ubi explicandum occurrit, quam in re hic abusus consistere possit.

Secundo, amici servandi sunt, quin eorum vitiis, & defectibus indulgeamus. Tertio, defendendi sunt, quin eorum sceleribus faevamus.

Haec tria sunt vera amicitiae argumenta, quae eandem vere sanctam efficere possunt. Primum. Beneficiis acceptis gratias referre. Secundum esse. In consiliis, quae peruntur, vel dantur, sincerum esse. Tertium. In secretis servandis esse fidelem, nec unquam illis, quae nostrae fidei concessita fuerint, abuti.

Primo. Quantum amicis profit amicitia cum eorum affectiones mutuae sanctae sunt. Secundo. Quantum obit cum alter alterum ad justitiam ac pietatis leges infringendas impellit.

De amicitia, quam impij inter se conjungunt vel sceleribus, vel ex sola ingenij similitudine, ostendi potest. Primo. Hujusmodi amicitia nosmet pervertoai cumulum addere ob mutuum contagionem, quam flagitiosus amicus amico simili facili communicat. Secundo. Duplex hoc pacto supplicium, & duplex periculum impendere, cum peccatorum sarcina augeatur, cum praeter propria scelera accedant etiam aliena. Nihil majorem adfert ad peccandum audaciam, quam si ab alijs probatus fueris: & omnia scelera quibus vel minimum adferas opem, vel auctoritatem, tu ipse facis,

IX.

Fontes, Auctoresque unde suppetere copia queat ad alatas propositiones amplificandas.

Sacri Patres.

S. Hieronymus epistola secunda ad Nepotianum loquitur de notis, atque periculis nimiae familiaritatis.

Idem libro quarto in cap. 7. Haec ostendit, in mundo immo etiam inter consanguineos raro amicitiam inveniri.

Idem lib. 2. in 9. Jeremiae cap. ait, veros amicos paucissimos esse.

Idem lib. secundo in 7. Michae cap. satis prolixum habet sermonem, ubi veram amicitiam raram esse demonstrat.

Idem epistola 33. quae est ad Abigam Presbyterum docet, quomodo cum litteratis viris necessitudo sit invenienda.

Idem in 4. cap. Eccles. loquitur de amicitia. S. Ambrosius lib. 1. Officiorum cap. 32. de amicitiae officii late disserit.

Idem lib. 3. cap. 15. quousque haec amicitia progredi debeat, ostendit.

S. Augustinus tom. 4. integrum habet librum de amicitia, ubi varias verorum amicorum qualitates, & amicitiae condiciones recenset. Vix tamen crediderim illum libri hujus Auctorem. Cap. 3. de varijs amicitiae generibus loquitur. Cap. 12. varios amicitiae gradus persequitur. Cap. 18. Amicorum qualitates enumerat.

Idem eo libro, qui homilias quinquaginta continet, homilia 38. recenset adhuc humanae amicitiae species varias.

Idem Confessionum lib. 4. cap. 8. & 9. de foveandae amicitiae rationibus disserit.

Idem epistola 121. ad Probam sine fideli amico nihil in terris esse posse jucundum ostendit.

Idem lib. 19. de Civit. Dei in quavis humana necessitudine plus amaritudinis quam suavitatis inesse probat; & cap. 18. libri ejusdem, quam in quietudinem amicitia parere consueverit, ostendit.

Idem quae 83. lib. quae 71. & serm. 21. de verbis Apostol. docet, quomodo sint probandae amicitiae.

S. Joannes Chrysostomus lib. 2. de Sacerdotio, ut ostendat, quam diligenter Amicus eligendus sit, adfert exemplum S. Basilii.

Idem in Matthaei cap. 18. de Christianis amicitia habet adhortationem, atque ostendit, eas raras esse, easque ab omni utilitatis specie esse debere alienas.

Idem homilia secunda in primam ad Thessalonicenses epistolam ad calcem, plurima de amicitia dicit.

S. Laurentius Justinianus de conversationis moralitatis disciplina, atque perfectione cap. 12. acriter in perniciosas amicitias invehitur.

S. Francisus Salesius in introductione ad vitam devotam 3. p. cap. 17. fusius hoc tractat argumentum.

Aeterei.

Rodriguez p. 1. tract. 4. cap. 13. omnes vitiose amicitiae species persequitur.

P. Causinus in Aula sancta tract. de Passionibus duo habet, vel tria capita in hoc argumentum.

P. Croiset tomo 1. Considerationum Christianarum de particularibus amicitiae verba facit.

Roffignolus de disciplina Christianae perfectionis lib. 4. c. 27.

Concionatores.

P. Cheminai serm. de amicis delingendis a Christiano viro.

P. Aurelianensis serm. de amicitia. Auctor sermonum in omnia moralis Christianae argumenta Concionem habet de Christiana amicitia Feria 3. post 3. Quadragesimae.

Idem multa habet de amicitia in S. Joanne Evangelista Panegyrico.

Idem tom. 1. Domin. sermonem habet de conversatione cum impijs, & amicitia, quae cum illis jungitur.

Qui Panegyricas Orationes de S. Joanne Evan-

gelista scribere. Abbas de Monmorel peculiarem habet de amicitia tractatum.

Aristoteles in Ethicis. Cicero lib. de amicitia, qui inscribitur Laelius. Plutarchus librum edidit de amicitia, deque amicitiae atque adulatoris discrimine.

Themistius Orationem habet hujus argumenti. Petrarca l. 1. Dialog. 50. & seqq.

Erasmus quoque de adulatore, & amiceo tractatum conscripsit.

P. Theophilus Renaud. lib. 4. de virtutibus, & vitijs sect. 2. cap. 1.

Janus Nycius Erithraeus in dialogis. Ribadeneira lib. 2. cap. 30. Principis Christiani. P. Senault lib. de usu passionum.

De la Mothe le Vayer prolixum habet hac de re tractatum.

De Sacy tractatum pulcherrimum habet de amicitia in tres libros divisum.

P. Ludovicus Granatenensis in locis communibus. Buseus in Viridario tit. Amicitia. Idem in Panario tit. Familiaritas & Societas. Labata in Theol. moralis. Verbo, Amicitia. Lohner in Bibl. manuali.)

Veteres autem recentiores, qui philosophice de amicitia tractaverunt.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturae ad hoc argumentum.

Quae ne cum habitatoribus terrae illius jungas amicitias, quae sint tibi in ruinam. Exod. 34. Diliges amicum tuum sicut te ipsum. Levit. 19. Impio praebes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungentis: & idcirco iram Domini mereris. 2. Paralipom. c. 19.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur. Prov. 13. Cum viro sancto assiduas esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei. Eccl. 37.

Noli amicum esse homini tracundo, neque habitaveris cum viro furioso; ne forte discas vias ejus. Proverb. 22.

Omni tempore diligit, qui amicus est. Prov. 27. Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius letaris. Eccl. 22.

In tempore tribulationis illius permane illi fidelis; ut & in hereditate illius cohaerens sis. Ibid.

Amicus fidelis protectio fortis; qui autem invenit illum, invenit thesaurum. Ibid. c. 6.

Amico fideli nulla est comparatio: & non est ponderatio digna auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Ibid.

Amicus fidelis medicamentum vitae & immortalitatis. Ibid.

Boni amici consilii anima dulcoratur. Prov. 27. Beatus qui invenit amicum verum. Eccl. 25.

Est amicus secundum tempus, & non permanebit in die tribulationis. Eccl. 6.

Est autem amicus socius mensae, & non permanebit in die necessitatis. Ibid.

Qui timet Deum, eque habebit amicitiam bonam; quoniam secundum illum, erit amicus illius. Ibid.

Non agnoscitur in bonis amicis, & non absconditur in malis inimicis. Eccl. 12.

Non derelinquas amicum antiquum; novus enim non erit similis illi. Ibidem c. 9.

Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat: Non feci; aut si fecerit, ne iterum addat facere. Idem c. 19.

Amici divitum multi. Prov. 14. Dicitur addunt amicos plurimos; a paupere autem & hi, quos habuit, separantur. Idem c. 19.

Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Prov. 16.

Ei qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commisceris. Prov. 20. Quomodo dicit quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? Judic. 16.

Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: tu vero homo unanimitatis, dux meus, & notus meus, &c. Psalm. 54.

Non est auxilium mihi in me; necessarii quoque mei recesserunt a me. Jobi c. 6.

Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Prov. 19.

Fili, si te laetaverint peccatores, ne acquiescas eis, ne ambules cum eis, prohibe pedum tuum a semitis eorum. Prov. 1.

Qui

BIBLIOTECA CENTRAL H. A. N. L.

Qui communicaverit superbo, induet superbiam. Eccli. 6.

Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris. Prov. c. 27.

Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater. Prov. c. 18.

Noli fieri, pro amico, inimicus proximo tuo. Eccli. 6.

Causam tuam trahe cum amico tuo; & secretum extraneo ne reveles. Prov. 25.

Ne obliviscaris amici tui in animo tuo; & non immerito sis illis in opibus tuis. Eccli. 37.

Qui convitiatur amico, dissolvit amicitiam. Idem c. 22.

Denudare amici mysteria, desperatio est anime infelicis. Idem c. 27.

Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis familiariteraget. Eccli. 6.

Melius est esse duos simul, quam unum; habent enim emolumentum societatis suae. Si unus ceciderit, ab altero suscipitur. Eccli. 4.

Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est amico, celat amici commissum. Prov. 11.

Est amicus solo nomine amicus. Eccli. 37.

Occasiones querit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabili. Prov. 18.

Multi pacifici sunt tibi, & consiliarius sit tibi unus de mille. Eccli. 6.

Pondus super se tolles, qui bonifiori se communicat. Idem c. 13.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inveniet amicum ad animum suum. Idem cap. 27.

Dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Ibid.

Qui negligit damnum propter amicum, justus est. Proverb. 12.

Sodalis amicus conjungatur in oblationibus, & in tempore tribulationis adversarius erit. Eccli. 37.

Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Matth. 18.

Vos dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Joan. 15.

Vos estis qui permanseristis mecum in tentationibus meis. Luc. 22.

Amicitia hujus mundi inimica est Deo: quicumque ergo voluerit esse amicus hujus seculi, inimicus Dei constituitur. Jacob. 4.

Exempla Veteris Testamenti.

Exemplum David, & Joathae.

Celeberrimum amicitiae constantis exemplum in Davide & Jonathae vetus suppediat Testamentum; exemplum proculdubio perfectissimum amicum sibi omnibus anteferebant, quae hac in re jactet gentilis antiquitas. Jonathas filius Saul, Scriptura 1. Reg. 18. inquit, dilexit David quasi animam suam, quia anima illius erat conglutinata animae David; proprias vestes, atque arma eidem largitus est, nihilque habebat, quod cum amico non esset commune. Ita quanto odio Saul pater David persequebatur, ejusque petebat interitum; tanto eundem amore filius prosequabatur, qui & auctoritatem & conatus omnes impendit ut illius studeat incolunitatis; ita ut jure liceat affirmare nullum unquam amicum par fuisse fortius, fidelius, atque constantius. Non satis fuit Jonathae sese in verba, sollicitationes & officia quae frequenter inuittia sunt, effundere: sed re ipsa amorem suum apertissime testatus est pro eodem omnem operam collocans apud Regem parentem suum. Cum enim Saul secreta ureretur invidia contra David, eumque de viventiis numero deturbare decrevisset; adolescens ille assiduus officii patrem delinivit, eique ostendit relatum a Davide victoriam de Goliath, qui in omnem late exercitum Israel terrorem iniecerat, in summam Imperii dignitatem, atque vilitatem cessisse; ac neminem esse, qui pra David fidelis Regi adhaereret: eeterum si manus suas militis adeo strenui, atque fidelis sanguine imbueret, crudelissimum facinus patrarum, quod populi universi Regi consisteret invidiam. Saul his verbis actus facramento pollicitus est, se nihil contra David ausurum: quae cum audisset Saul, placatus voce Jonathae, juravit: Vivit Dominus, quia non occidetur. 1. Reg. 19. David autem quo se dolore confectum fuisse testatus est, ubi auribus suis nuncium accidit mortis Jonathae, cujus filium post charissimi parentis obitum adamavit, atque in honore habuit? Ita duorum hominum Principum amicitia tamquam fidelissimae necessitudinis exemplum haberi potest.

Memorabilis etiam est Cusai fidelitas erga David propter insignem operam quam illi praestiterat laboranti. Hic fidelis amicus cum Regem in aperto periculo constitutum videret amittendum Regnum, ac vitam propter Absalonis defectionem, inaudibilem excogitavit stratagemam. Cum enim praefeceret Absalonem cuncta cessura esse & sententia, si consiliis Achitophel, qui Davidem per summum scelus deseruerat, & in bellis filii partes consererat, adhaereret; sapiens hic, fidelisque subditus, se quoque a Rege desicere simulavit, quod omnes fere Davidis amici praestiterant, perniciosa everfurus consilia, quae traditurus erat Achitophel, & quae proculdubio certissimum Davidi interitum erant allatura. Consilium effectu non caruit, atque ita Cusai duplici ratione fidem suam testatam reliquit, primo quod fidelis Regi suo, quem reliqui deseruerant, adhaesit; deinde vero, quod perniciosa subvertit consilia Achitophel, quae certissimum Davidis festinaflet exitium.

Salomonis etiam, Regis Hiram amicitia in Bibliis memoratur, ubi legimus, quomodo, ubi opus esset, Reges illi utroque citroque sibi opem ferret. Dicendum profecto est Regem adeo sapientem, qualis erat Salomon, in Principe sibi finitimo egregias deprehendisse dotes, ut cum eodem non solum pacem adeo disturnam, verum etiam amicitiam adeo constantem tueretur.

Si amicitia rebus adversis probatur, atque in illis cognoscitur, Job qui dum prospera rerum fortuna perfruebatur, tunc amicum caterva stipatus erat, in eo calamitosissimo statu, in quem deinceps redactus fuit, a plerisque amicis fuit derelictum, desertumque confexist. Non omnes tamen ab eo recesserunt; quidam etiam illum conveniunt solatum aliquid in tanta rerum omnium egestate, atque tunc adolribus allaturis; immo non desierunt, qui cum salubri in quo eundem videbant, cum eo, in quo nuper viderant, conferentes adeo miseracione fuerint affecti, ut septem dies coram eodem adfiterent, quin verbum proferrent, oculis ut ita dicam tantummodo locuti; quod profecto gravissimum illorum merorem testatur.

Exempla Novi Testamenti.

In novo Testamento nullum sanctioris, suaviorisque amicitiae magis elucet monumentum, quam amor Filii Dei S. Joannem discipulum diligentis; qui in ipso etiam Evangelio vocatur Discipulus, quem diligebat Jesus. Familiaritatis, confidentia, communicatio bonorum, hoc est favorum, & praerogativarum, quas illi concessit, hoc satis probant. S. Joannes vero minime defuit quominus tanta dilectione pro viribus responderet; ita ut sanctae amicitiae nullam praestantissimam exemplar superfit.

Idem mundi Salvator Lazarum Marthe, atque Magdalene fratrem summo est amore prosecutus. Hunc ipse etiam amicum suum vocat Joan. 11. Lazarus Amicus noster dormit. Super tumulum ejusdem est etiam illicyrmatus, quam ob rem, qui aderat dixere; Ecce quomodo amabat eum, cap. 12. Deinde vero sua auctoritate usus est, eumdem ad vitam revocaturus. Fidelis consonum est Lazarum quoque tunc beneficiis cumularum, atque intelligentem illius dignitatem, qui ipsum sua dignabatur amicitia, ardentissima charitate omni vite suae spatio Deum, Salvatoremque suum prosecutum fuisse.

Lacrymae quas effuderunt amici S. Pauli eundem ad navim usque prosequentes, eique vale dicentes Epheso Hierosolymam revertenti, insignis amicitiae testes sunt: S. Paulus etiam illis utilissimam profuerat, in fide eosdem erudiens, atque in viam salutis adducens.

Applicationes quorundam locorum Scripturae ad hoc argumentum.

Amicus fidelis medicamentum vitae, & immortalitatis. Eccli. 6. Amicus in vita civili id praestat, quod pro naturali arbor vite in terrestri Paradiso praestitisset: non enim satis est illi, si ejus opera suaviter traducamus exiguum illud annorum spatium, quo vivendum est; verum etiam nostrae aliquid conferat immortalitati, ut post mortem ipsam vivamus adhuc in memoria illius, qui in terris nobis erat jucundissimus. Haec est erudit

Cusai fides erga David.

Salomonis & Regis Hiram amicitia.

Fidelis amicus Job.

Fictorum amicum descriptio.

Amicitia, quae JESUS S. Joannem prolecebat, & Lazarum.

Amici probandi.

Amici S. Pauli.

JESUS & discipulum dicit amicum.

Post mortem etiam in amicum memoria vivimus.

ditij cujusdam Interpretis in allata verba confideratio.

Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum... cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam. Isaia 36. Haec verba quibusdam Interpretibus locum dedere ostendendi, quam parum amicus fidendum sit; sed confidentiam omnem a Christiano viro esse in Deo collocandam. Vide cinam rei homo hic imprudens, & caecus incubat; calamo videlicet, qui symbolum est imbecillitatis, & fragilitatis humanae. Adde quod calamus hic confractus est; quod innuit, illum ipsum, in quo spes omnis constituitur, alieno indigere subsidio. Hinc autem fiet, ut calamo huic satis sit virium ad incumbentis manum vulnerandam, atque perfodiendam, non autem fulciendam. Hoc ut plurimum amici faciunt, in quibus confidimus: possunt illi quidem in calamitatem suam nos pertrahere, non autem tueri, & ab inimicorum nostrorum contumeliis defendere.

Humanarum amicitiarum inconstantia.

Fictorum amicum descriptio.

Necessarii quoque mei recesserunt a me... fratres mei praetertulerunt me, sicut torrens, qui raptim transit in convallibus. Job cap. 6. Haec alia est satis elegans amicitiae humanae instabilitatis imago, quam S. Job torrenti comparat pertransienti, & modo penitus arescenti. Cognoscere quippe licet hanc necessitudinem non solum esse brevissimam diuturnitatis, verum etiam plerumque inutilem esse, & nullam ex eadem fructum percipi posse: hoc enim discriminis interest torrentem inter ac fluvium, quod fluvius jugiter fluit, ac eandem fere semper aquarum copiam vehit, eademque raptim celeritate: torrens vero nunc quidem praefluit, mox vero exarefcit. Tunc praeterea torrens tument, ergoque inundant, cum nullum aquarum est opus; imbres enim caelo dilapsi arboribus, fatisque irrigantur sufficienti; ubi vero opus est, tunc ipsi quoque aquis destituti prodesse non possunt. Pinda alicui in hunc locum.

S. Joannes in Apocalypsi locustas vidit ex fumo puteorum abyssi egredientes, quarum facies quidem hominum vultus referebant, caude vero scorpionum caudis similes erant. Hanc Interpretis figuram hanc enim rustica insecta aristas, atque herbas ita inhaerent, ut easdem depalcant atque abstant; quas ubi radicibus devoraverint, alibi pabulum inquirunt. Hoc ipsum amici mentis, quemadmodum illos appellat Scriptura, facere confueverunt, illos quippe amant, a quibus saginantur; & scorpionum caudas habent: laedunt enim primi eos, a quibus recipiuntur, & illis insulant, cum nihil ultra sperari posse deprehendant.

Tamquam aurum in fornace probavit eos. Sap. 3. Scriptura Amicos a Deo tribulationum, atque afflictionum igne probari docet; verum docet quoque hanc generatim esse rationem, qua Amici Amicorum suorum periculum faciunt: neque desunt Interpretes eruditi, qui Amicos fallaces ac fuz tantum utilitati inservientes mercutio comparant, qui auro quidem ita adherent, ut inde separari non possit; sed si aurum in furoriam fornaculam injiciatur, tunc illico recedit, & evanescit.

Corripiet me justus in misericordia. Psalm. 140. Maximum divinae erga nos misericordiae beneficium censendum est, ubi fidelem Amicum nostram perstringentem, & corrigentem vitia nostri fuerimus; cui nisi quorem, animumque praebuerimus, atque ex monitis eundem Christiana charitate referis fructum perciperimus, hoc beneficium indigni. Bellarminus in hunc locum.

JESUM CHRISTUM mortaliem amicum appellare, quandoquidem ipsi terrarum Reges hunc titulum sua putant indignum auctoritate, ne quidem minime auderent, nisi hoc ille sibi nomen vendicasset, homines Amicos suos vocans. Ille enim Apostolos alloquens profertur se eosdem non tamquam servos, sed veluti suos amicos habiturum, quibus cor suum aperit nullum celaturum arcana, quod fidei fuerat a Patre communicatum. S. Joannem ipsi amicum dicit, atque ut ostendat hoc nomine non praecurforem, & Apostolos suorum albo eos omnes, qui sua praeccepta servaverint, esse recendendos: Vos amici mei estis, si feceritis ea, quae ego praecipio vobis. Joan. 4. Utrum autem admirer potius, Dei ne benevolentiam,

qui ita sese abdicere dignatus est, ut mortales amicos sibi faceret; an mortaliem ingratitude, qui tanto honore adeo parum afficiuntur? merer equidem, Domine Deus, haberi tamquam inimicum tuum, nisi pro virili tanta benevolentia pari rependero, ac me dignum praebuero eo, quo me dignaris honore, me amicum tuum esse jubens.

PARAGRAPHUS IV.

Loci & sententiae Sanctorum Patrum de amicitia.

Nolite amare vitam amicorum vestrorum, si amatis amicos vestros. S. Augustinus in quodam Sermone.

Non omnis qui verberat, inimicus est; Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. Idem lib. 9. Confess.

Amicitia in malo esse non potest. Idem, Epist. ad Centorin.

Amicitia pauperum certior quam divitum. Idem lib. de Amicit. seu alius quis incertus Auditor. Solus est qui sine amico est. Idem l. 6. de Civit. Dei.

Amicitia vera non est, nisi cum eam Deus agglutinat inter coherentes cum illo. Lib. 4. Confess. cap. 4.

Providendum est non solum ut finis justus, sed ne cum peccatoribus moremur; quia hoc in peccatis ac miserie parte ducit Propetia. S. Hieronymus. Epist. 142.

Vera illa amicitia est, quam non utilitati rei familiaris, non praesentia corporum tantum, non suldola & palpans adulatio, sed Dei timor, & divinorum Scripturarum consiliant studia. Idem, in Epist. ad Paulinum.

Amicitia parum aut facit aut accipit; ubi inaequalitas, & alterius eminentia, alterius subiectio, ibi non tam amicitia, quam adulatio est. Idem, super Mich.

Eadem velle, & eadem nolle, firma amicitia est. Idem, Epist. ad Demetr.

De amicitia omnis tollenda est suspicio, & sic cum amico quasi cum altero seipso est loquendum. Idem, in Epist.

Amicus diu queritur, vix invenitur, difficile servatur. Idem in cap. 7. Mich.

Amicitia quae deservere potuit, nunquam fuit vera. S. Ambros. lib. de Offic.

Non potest homo hominis esse amicus, qui Deo fuerit inimicus. Idem cap. 16.

Quid est amicus nisi consors amoris, ad quem animum adjuvat atque applices, & ita misceas, ut unus fiat ex duobus, cui te tamquam alteri tibi committas? Idem l. Offic. 5. c. ultimo.

Non negligas amicitia, non quaevis: quia non pecunia quaeritur, sed gratia; non licitatione premiorum, sed benevolentiae. Ibidem.

Obiurgat amicum amicum, non instantia studio, sed affectu charitatis. Idem de Offic. l. 3.

Ea amicitia probabilis, quae honestatem tuetur; praefrendenda est opibus, honoribus, potestatibus. Idem l. 3. c. 13.

Pietatis custos amicitia est. Ibidem.

Solatum hujus vitae est, ut habeas cui potius aperias, cui arcana committas, cui secreta pectoris tui committas. Idem l. 3. de Offic.

Facilis vox & communis, totus tuus sum; sed paucioris est effectus. Ibidem.

Amicitia, & prosperas res dulciores facit, & adversas communiione temperat, & leviores reddit. Idem l. 3. de summo bono.

Cum incaute malorum amicitias jungimus, corum culpis ligamur. Greg. in Past.

Amicus anime custos dicitur. Idem, in Moral.

In prosperitate incerta est amicitia; nescitur enim utrum persona an felicitas diligatur. Idem.

Necessitas amicum probat. Cassiod. in quadam Epist.

Amicitia tanto certior est, quanto vetustior. Idem.

Sine amicit cogitatio est aedium, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum; sine quorum solatio vivere esset mori. Idem.

Vera amicitia tantum inter bonos oritur, inter bonos proficit, inter optimos consummatur. Idem in Psalm.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Fidus amici nil puta praestantius. S. Greg. Naz. in carminibus.

Ulla est vera amicitia, quae nihil in rebus amici querit, nisi solam benevolentiam; scilicet ut gratis amet amicum se. S. Bernard.

Habet vera amicitia nonnumquam oburgationem, adulationem numquam. Idem in Epist.

Paupertas verum demonstrat amicum: quod divitiis non potes scire, paupertate scies. S. Laurent. Justin. de Paupert. c. 2.

Nullum tam certum est amicitiae indicium, atque non commovere delinquentibus fratribus. S. Chryl. Serm. 18. in Epist. ad Ephel.

Est nobis solem hunc extinguat jucundius, quam amici consuetudine privari; jucundius in rebus agere, quam amici privari. Idem Homil. 2. in Epist. ad Theofil.

Loci ex quibusdam Profanis Auctoribus delecti.

SI amicum aliquem existimas, cui non tantum credis quantum tibi, vehementer erras. Et non satis nobis vim vera amicitia. Senec. Epist. 3.

Diu cogita an tibi in amicitia aliquid recipiendus sit: cum placuerit tibi, toto cum pectore admittite; cum te omnia delibera; sed de ipso, prius. Idem.

Utilitatis causa acceptus amicus, tandem placebit, quando utilis fuerit. Ibid.

Nullus eligeret rorare sine amicis, habens alia omnia bona. Arist. l. 8. Eth.

Non facile fit ut quis sit multus amicus valde. Idem, lib. 9.

Nulle sunt occultiores insidiae, quam quae latent in simulatione officii, aut aliquo necessitudinis nomine. Cicero l. de Amic.

Est is amicus quidem, qui est tanquam alter idem; alterum enim acquirit, cuius animus ita cum suo commiscet, ut efficiat pene unum ex duobus. Idem.

In hoc praestat amicitia propinquitati; quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Idem.

Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaverit; nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris. Idem.

Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam a vita tollunt. Idem.

Omnibus rebus humanis antependenda est amicitia. Idem.

Adversaria difficile esset ferre sine eo, qui etiam illa gravius quam tu ferret. Idem.

Amicitia absentes adiungit, egentes abundans, imbecilli valens; et, quod difficultius dictum est, mori vivunt. Idem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologicis, Ethicisque fontibus ad argumentum hauriri possit.

Amicitia definitio.

Amicitia, ex D. Thomae sententia, amor est mutus benevolentiae cognitus atque apertus in aliquo boni communicatione positus. Haec definitio, quae praeter ceteris verbis exprimi potest: Amicitia est benevolentia mutua non latens. Quod si quis etiam ita explicari consuevit: catena est facta, & mutua, animas & corda duorum ita coniungens, ut mutuis auxiliis utro citroque & bona sibi cupiant, & facere adinquantur. Hinc inferunt, animos nostros nulla inanimatarum vel irrationabilium rerum tangi amicitia, quas e contra respicimus, tanquam nostrarum egestatum, atque utilitatum, quas inde percipere possumus; obiecta. Se enim mortalium sibilis, & probis obiecta factus ille, qui canem, equumve suam amicitia prosequi diceret; haec quippe animalia blandimentibus par pari referre non possunt, neque gratiam exsolvere gratia; quos tamen si tuemur, & habemus in pretio, voluptatem atque utilitatem inde perceptam tantum respicimus. Veritatis autem huius principium est, quod amicitia ex omnium moralium Theologorum sententia virtus est ad iustitiam pertinens, quae cogit, ut in benevolentie genere debitis nostris satisfaciamus, atque amorem rependam amori pari benevolentia, nec sine quadam beneficiorum aequalitate. Affectio, Benevolentia, Amor, & Amicitia dif-

ferunt inter se. Affectio quidem amoris est inchoatio nondum satis constituta, & confirmata. Benevolentia est bona voluntas, vel propositio quaedam erga aliquem, licet minime satis agnoscatur, qua erga alterum quempiam nos afficiamus: quemadmodum accidit nonnumquam ubi ex duobus, qui inter se diliguntur, alterum potius victoriam referre cupimus, quantumvis nullam cum ipso familiaritatem habeamus. Amor affectio est iam confirmata in id tendens, ut obiecto, quod amat, arctius coniungatur. Amicitia denique mutua est amor benevolentiae innoxius boni aliquis communicationi, unde sequitur, eos omnes, qui amant, non ideo amicos esse, sed amare omnes, qui vere sunt amici.

Animadvertendum est quoque non unum esse amicitiae genus. Primum, quod naturale vocatur, nobis est cum brutis commune. Ita mater, filios; filii eos; a quibus geniti futere, diligunt; quae affectio cum ejusdem sanguinis communicationi innaturatur, naturalis amor dicitur, & naturalis amicitia, si amor hic mutus sit, quemadmodum plerumque juvenit. Quamquam haec amicitia ceterarum non sit perfectissima, una tamen est omnium maxime necessaria, quippe sine eadem Mundus subsistere non posset. Altera species amicitiae humana vocatur, eam quippe ratio constituit. Innititur autem triplici bono; quo homo gaudere potest, videlicet utili, delectabili, atque honesto. Bonum utile societatem instituit inter homines, quos in mutuum commercium vocat, & mutuam consuetudinem, ut egestatibus suis vicissim confutere possint, quae res Civitates, & Imperia constituit, atque tuetur. Bonum delectabile est illius amicitiae principium, quae coalescit inter potentiorum artium, atque scientiarum cultores, puta; eloquentiae, poeticae, philosophicae, aliarumque id genus: non enim virtutibus adscribitur amicitiae voluntatum, comestationum, libidinumque, & illae quibus simul homines nefarii coniunguntur. Vera hominum amicitia, quae laudabilis est, & quam philosophi omnes veram virtutum morealem esse arbitrantur, ea tantum est quae eidem innititur virtuti; quae proprie illud est bonum, quod honestum vocatur: cum duo sese mutuo diligunt propter prudentiam, constantiam, fidem, ceterisque egregias dotes, quas in amico quilibet vicissim deprehendit, atque hanc necessitudinem ob id data opera contrahunt, ut sese mutuo in virtute perficiant.

Tertium amicitiae genus, de quo Concionatoribus loquendum est, non est tantummodo honestum, insuper sanctum est, & ratio praestantissima sese perficiendi in sanctitate. Amicitiam hanc merito Christianam vocare possumus, ut illam ab aliis amicitia distinguamus, sed mere moralibus, quales apud ipsos etiam Ethnicos invenimus. Haec igitur Christiana, ac supernaturalibus virtutibus innititur, nec non coelestibus donis, & gratis, quas in illis deprehendimus, quos amicos eligimus, & cum quibus necessitudine prorsus sancta coniungimur; quae utriusque admirabile adfert auxilium, ut in virtute proficiant.

Licet Christiana amicitia fere fit cum proximi charitate conjuncta, ita ut plerumque cum eadem confundatur: non potest tamen dici unum atque idem esse omnino; differunt enim obiecto, ratione, & ipsa etiam notione, quae de utraque hac virtute est habenda. Charitas generatim universum terrarum orbem complectitur; amicitia vero intra paucorum hominum numerum continetur: Charitas, ut perfecta sit, nullam habere debet rationem qualitatum, dignitatum, aliarumque rerum; amicitia vero electionem petit, & plerumque naturali tribuit ingenio, & propensionis: Charitas nunquam excidit, quaeque urgeat causa; amicitiam vero, cum plurima praecavenda sit, ut arctio necessitudinis vinculo coniungamur, tenemus nonnumquam infringere, & cum iis, quos amicos habeamus, communem dumtaxat charitatem habere. Itaque amicitia non nihil adicit charitati; mutuum videlicet amorem, atque nonnullas peculiarias rationes, quibus fovetur. Hinc liquet Christiana religione, quae tantopere charitatem fovet, jubet, non evetti amicitiam, quae nobis cum infidelibus communis est, sed perniciosa, sanctaque fieri, cum nobis magno esse possit auxilio ad Dei amicitiam comparandam.

Prima lux, vel prima vere amicitiae conditio haec est, ut inter viros bonos inveniantur; quod

Multiplex genus amicitiae.

De particularibus amicitia.

Quae ad amicum diligendum recte duntaxat requiruntur.

Quid Christiana amicitia, & proximi Charitas differat.

Amicitia bonorum ipsium.

ipsum Ethnici quodque, qui haec de re scribere, confessi sunt: ita Cicero in libro, quem de amicitia elucubratus est, ait: Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Cum vero explicat, quinam sint hi viri boni, eos esse ait, qui ita vivunt, & agunt, ut eorum recta fides, probitas, amor iustitiae, ac generosa libertas ab omnibus probata sit; neque ulla de ipsis vel avaritia, vel libidine, vel temeritatis suspicio suboriatur. Ubi auctor ille palam affirmat, amicitiam, quae virtuti nequaquam innititur, non posse subsistere; quae in re consentit non solum cum aliis scriptoribus Ethnicis, qui hoc argumentum pertractarunt, verum etiam cum omnibus Sanctis Patribus, qui de eodem differunt. Quamobrem neque latrocinium, neque libidinosum, neque eorum, qui ad scelus aliquid patrandum simul coalescere, societatis, licet arctius vinculis adstricta, vera amicitia esse non potest: quantumvis illi mutuis fulciantur auxiliis, atque utro, citroque sibi mutuo opitulentur.

Cum amicitia ex altera parte inter paucos esse possit, ex altera vero vitae nostrae adeo fit necessaria, ut quidam asserere non dubitaverint, ab hominibus amicitiam eripere, idem esse ac mundum solem auferre; undenam ergo profectum est, quod nonnulli SS. Patres vehementer invehuntur in particulares amicitias, quas inveniunt illi, qui virtutem profectur; alii vero e contra illas suadeant tanquam ad exercitia pietatis incitamentum? haec in re spiritualis vitae magistri pro vario personarum statu, qui amicitiam inire, iudicium ferunt. Quod enim ad Monachos pertinet, qui in communi vivunt, & qui unanimes, adeo perfectam charitatem servant, ut charitatem eandem infringere, qui ab aliis se vellet seungere cum aliquo initarum familiaritatem, hoc quidem neque ex recta ratione oriri potest, neque rectum gignere effectum: quam ob rem S. Basilus & alii, qui communitates, vel instituta vel rexerunt, amicitiam non tanquam unionem, verum potius tanquam divisionem inter fratres putant, & simultatum originem, & causam propter quam regule perstringantur. Quod vero ad eos spectat, qui in mundo, & seculari statu versantur, ubi plurimi in vitiorum coeno voluntari, aliosque secum trahunt, vel saltem a virtute, atque exercitatione pietatis avertunt; facillima ratio ab iis secedendi, qui vitae sanctitatem, quam in mundo etiam perfecti eos omnes decet, qui proprie student salutem, obicem statunt, haec profecto est necessitudinem cum illis inire, quorum eadem mens est, ac idem consilium: quemadmodum docet S. Franciscus Salesius in Introductione ad vitam devotam. Quod si in ipsis etiam coenosis, ubi plurimi simul communitatem vitam ducere tenentur, aliquis tepor, vel aliqua remissione inveniretur, neque omnes eadem charitatem eodemque zelo flagrant; tunc ipsi spiritualis vitae magistri non renuunt, quo minus illi, qui majori religionis amore succensi sunt, magis particularem necessitudinem ineam sese mutuo ad virtutem exemplis excitari; dummodo prudenter agatur, neque imminuatur charitas communis erga alios, neque illis rationabilis ulla scandalum praebatur occasio.

Antequam amicitiae vinculis coniungamur aliqui, sano, atque perpicaci opus est iudicio, ut egregias illius, quem in amicum sumus adoptaturus, dotes intueamur; nihil enim nostra magis refert, quam ne decipiamur in re hac, unde & vitae fuerit electio, nosmetipsos diligentius inspiciamus, oportet, atque videamus, utrum erga hunc, quem amicum elegimus, vere animus noster inclinetur; cum aliquam amicitiam non sit diutius permanitura; utrum eadem fit ingenii similitudo eadem exercitationes amantis; utrum mens ab omni spe utilitatis vacua, ne amore proprio vincamur; utrum cor satis apertum, & sine ulla exceptione, ut amicos nosmet secretaque nostra communicemus, atque in eo fidem omnem constitutumus; utrum ea nobis adit sapientia, quae requiritur, ut intra urbanitatis fines amicitiae testimonia contineamus, ac prudenter amici nostri utilitatibus consulamus, quin eidem vel nimis indulgentes simus, vel nimis graves. Haec si desint qualitates, nemo amicitiae capax est, ac neminem inveniet, cum quo necessitudinem inire possit, vel qui sibi constanter adhaereat.

Igitur in amico bono haec requiruntur; probi. Henry Bibl. Tom. I.

tas, citra quam amicitia virtus non est; neque diu subsistere poterit. Officiosum ingenium; necessitudo enim beneficis fovetur, atque ea opera, quam ubi adit occasio, utro citroque amici sibi praestare tenentur. Constantia; quomodo enim cum levi, atque mutabili homine, qui in singulos dies recentes querat amicos, ac ne unum quidem verum habeat, jungi potest necessitudo? Prudentia; quam decet experiri antequam in alieum amicitiam te tradas; etenim te ipsum deciperes, si imprudenti viro, cui fidendum non est, te ipsum, secretumque tuum committeres. Sane demum & affabile ingenium; inde enim consuetudinis incurritas pendet. Quam ob rem stabilis, & solida amicitia contrahi minime potest cum illo, qui ferrox est, iracundus, ambitiosus, superbus, qui ubique dominari cupit, nemini cedere. Sententiam suscepiam nunquam deferere, nec aliquid de suo iure concedere.

Perfectiones, quae ad amicitiam tuendam necessariae sunt, eadem sunt quae ad illam conciliandam requiruntur: quemadmodum in reliquis rebus patet, ubi singula eadem ratione servantur, quae esse inceperunt. Quae vero amicitiam remittit, illi teporem inducere, eamque tandem penitus extinguere possunt, haec ferme sunt: Oblivio, Negligentia, Contemptus, Diffidentia, Inaequalitas, Impatientia, & Infidelitas. Oblivio quidem cum amicum non saepe videmus; cum eodem non frequenter versamur, vel eum non convenimus; ita ut post elapsam aliquod temporis intervallum, eorum, quae mutuo polliciti, ac profecti fuimus, obliviscamur; cum enim eo tempore alter alterius societate caruerimus, sensum consensimus, ut semper careamus, Negligentia nihil minus officit amicitiae; argumento enim est vel ea, quae ad amicum pertinent, nobis cordi non esse; quandoquidem eidem operam nostram praestare negligimus; vel nobis esse ignavam, atque indifferenter naturam; quae fugit querere occasionem amicitiae servandi; vel nos e manibus eas quae sese obicerent eidem gratificandi occasiones, labi passos fuisse. Contemptus, qui cordato viro ferendus non est, ita opponitur amicitiae, ut quemadmodum amor ex precedenti existimatione nascitur, ita contemptus semper subsequatur recessus, & avertit illum, qui benevolentia indigenus existimatur. Cum itaque in amicum electus se contemni cognoscit, vicissim in contemptum suam existimationem, in odium amorem suum convertit, quod ipsum, ubi primum sese obtulerit occasio, aperte testabitur. Diffidentia, & suspiciones ubi inter amicos suboriantur, ostendunt iam infirmam esse amicitiam, quandoquidem deficit in quadam non postrema illius qualitate, nempe Confidentia: unde fit, ut nimia credulitas, quae aures adhibemus iis, quae contra amici fidem narrantur, proxima quadam fit dispositio ad amicitiam infringendam, exercendumque odium, quod non multo post palam innotescit. Inaequalitas demum, & Impatientia eius hominis, qui arbitrio regitur suo, quamprimum pariet discordiam, & diffensionem: alioquin enim amicitia in turpem servitutem converteretur, si amicus omnem pati amici sui inaequalitatem, atque libidinem teneretur. Sed Infidelitas atque Perfidia cum amicitia omnino simul esse non possunt: simulac enim deprehenduntur, nulla est amplius confidentia, affectio nulla, statimque omnis tollitur consuetudo, qua in re Christianus aliquis hoc lucrari potest, ut erga infidelem, atque proditorem, qui sanctissimas amicitiae nobis seum inire leges violaverit, foveat charitatem.

Effectus simulque certa sinceræ amicitiae argumenta ad quatuor haec rediguntur. Primum est Benevolentia, vel Affectio, quae prosequitur aliquem propter ejusdem merita, non autem propter eam, quam recipere possumus, vel speramus utilitatem; ut enim S. Ambrosius loquitur, amicitia mercenaria non est: virtus est amicitia, non quaerens; non pecunia paratur, sed gratia. Alterum est unanimitas, constatque consensus ex S. Hieronymi sententia, qui ex veteribus Philosophis hoc est factum mutuum est: eadem velle, eadem nolle, eadem demum persequi amicitia est. Tertium, communicatio bonorum, quae sunt inter amicos communia, quod-morum Magistrum mutui beneficii nomine indigentur: Quarta denique constantia, atque fidelitas in adversis; illis quippe potissimum veri amici, & probantur, & cognoscuntur; qui enim se amicos simulant, fortunam sequuntur; eadem

Per quae amicitia frangere & extingui possit.

Vere amicitia frangere & extingui potest.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.